non è di bisogno di ... torchera

S. P. Dum praestolor mutuam Tuae Humanitatis et responsio-
nis vicem, Vir Admodum Reverende, Clarissime et Doctissi-
me, quaedam quae me ad novas hasce literas exarandas
impulerunt, intervenere. Novus primum Cometes ante
mensem nobis apparuit in Pegaso. Novum dico judice
Magno Hevelio, qui inter alia d. 7. Apr. ita de hoc ad
me scribit: Dnus noster Büthnerus (Prof. Math. in
Gymnasio Dantiscano) adstruere quidem hodie conatus
est, cum observationibus meis interesset, hunc Cometam
illum priorem esse, qui in Ariete evanuit, sed, crede,
longe fallitur. Nam plane novus est, qui sine dubio
ex Serpentario et Antinoo prodijt, motu tendens plane
contrario, tum etiam sub longe diverso angulo inclinatio-
nis orbitae. Sed si alionem, quantumvis Clarissimorum
Mathematicorum judicio stare velis, eundem esse cum
priori Cometam dicent. Verumtamen Cl. Erasmus
Bartholinus Regius Math. Prof. Hafniae sententiae
Hevelianae, quam ei Auctore rogante perscripseram,
subscribit, ac inter alia literis ad me d. 21. Apr. S. N.
datis: Viris quibusdam eruditis, hunc Cometam eundem
esse cum priori contendentibus, rationes non tantum ex
contrario motu, sed et ex quantitate motus, diversitate
anguli intersectionis et magnitudine diametri (quae adeo
diminuta fuerit, cum visum nostrum effugeret, ut si
generationem Cometis concedamus, tantam molem tam
brevi tempore reassumere non potuerit, et, si contra

 veli

reliquis staruamque corpora, tam subito propinquius accedere emeaso longissimo itinere non potuerit) petitas opposuisse se scribit. Tuum est, Vir Celeberrime, Tuam nobis hic prodere sententiam. Quam ut obtineamus, studio has ad Te dare volui. Accessit amicum postulatum Cl. Joannis Placcentini Prof. Math. Francofurtani, qui mihi inclusas hasce ardenter commendavit, et, ut credo, de Observatione sua nuper edita Tecum agit. Offero Tibi operam meam in curando Tuo responso, quod ille mecum pariter expectat. Mundum Tuum subterraneum a paucis diebus Urbs haec vidit, non ego, qui ab aliquo tempore domo sedem negotijs obicem ponentibus, exire nequeo. Vale Vir Reverende, et mihi fave, qui sum

T.

Hamburgi currente calamo d. 6. Maij 1665.

Observantiss.

Stanislaus Lubieniecki de Lubieniecz

mpria

aliquas [illegible] corpora, iam subito [illegible] qui
30 accedens emersit longissima Mense nos[tro] [illegible] patebat,
apparuisse se scribit. Verum est, Vir Celeberrime, Tuam
nobis [illegible] prodere sententiam. [illegible]
[illegible] hanc ad Te [illegible] amicum
professorem D. Joannem Placentin. Prof. [illegible]
Francofurtanum [illegible] mihi [illegible] hasce [illegible]
commendaverim, ut eidem de [illegible] Hevelianis sua [illegible]
Dicatque Tuam apud [illegible] meam in eun-
dem [illegible] responsa [illegible]
[illegible] Tuam [illegible] Vobis
[illegible] non ego, qui ab aliquo tempore [illegible]
[illegible] Vale Vir
Celeberrime, et [illegible], qui sum

Hamburgi [illegible]
[illegible] 1664

[illegible]
Stanislaus Lubieniecki
de Lubieniec

Lubieniez